e-codices

excidio patrie pereuntis cuius p̄sidiam
deseruit erui· Nolite plures magistri
fieri fr̄s mei· scientes quo magis iudicium sumitis·
Multū fuisse studii credentib; tēpore aptoꝝ
ut uerbū dī latius ppagarent· actus eoꝝ
edocent· Ita ut apollo uir in scripturis
doctissim̄· sciens tantū baptisma iohannis·
fiducialit̄ xp̄m predicar& Qui tamen
quia sapiens erat· mox ut doctor adfuit·
facillime qđ minus habuerat adimpleuit·
atq; ad p̄dicandi officiū iā pfect᷒ redit·
Alii maiori ineptia descendentes de iudea
antiochiā· docebant credentes ex gentib;
quia nisi circūciderent̄ sc̄dm legē moysi
salui eēn̄ possent· Nec paruum castis p̄dica
torib; questionis laborē ctuler̄· Hos ergo

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 30 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/30)